

ut saltem legere et scribere discant, et paelectiones et catecheses audiant; *e.* — *R. c. maj.* (sed quoad 1m, 2m et 4m, N. B. talia nullo jure logico a liberalibus objici!). — *ad min.* 1m : *d.* si debeant cives propter magistratum commoda esse, *tr.*; si potius magistratus sunt propter civium bonum, *n.* — *ad min.* 2m : *d.* necesse est, *n.*; utile, *sd.* in societate bene ordinata, quae unitatem verae religionis, et ordinatam restrictionem libertatis preli possideret, *c.*, secus, *n.* — *ad min.* 3m : *n.* (usus practicus erit optimus magister, et si quando schola erit utilis, ipse progressus ille erit parentibus sufficiens stimulus). — *ad min.* 4m : sicut ad 2m.